



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Amorosa Spiratio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

CONSIDERATIO XX.

AMOR DEI,

Amorosa Spiratio.

Materialē Cor nostrum continuò duos motus habet. Dilatationis, & Constrictionis; dilatatur ad recipiendam auram salubrem, constringitur ad vitium expellendam. Similis debet esse vita animæ duplicique motu moveri, dilatationis affectionem erga cœlestia, & constrictionis erga terrena. O Cœlum; ò Terra! Cœlum ad desiderandum; Terra ad calcandum. Cœlum, patria filiorum Dei; Terra, exilium delinquentium. Erga Cœlum extendatur cor meum in immensum; erga Terram contrahatur in punctum.

Materialē materiale Cor nostrum, aërem expellit, spiritum recipit; aërem inspirat, aërem respirat. Vita voluntatis nostra; spirituale Cor animæ, amorem expellit, & amorem resumat: expellit exitialem suam, & assumit vitalem Dei. Odium & Amor parturunt cor meum: Odium me ipsius; & Amor tui, Deus meus: Nec potest admittere amorem meum, qui expellat amorem tui. Foras, foras omnis amor, qui amor Dei mei non sit: foras Mundus & Caro: omne creatum: solum regnetur intus, quod inspiratum est.

Quoniam anima mea, sic hæc tua occupatio: inspira semper, & respira. Inspira amorem Divinum, respira humanum, ut semper purum conserves cor tuum, occupatum in solo

DEO.



CON-